



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 85. Lutheri appellatio a Papa male edocto ad melius edocendum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. indulgentiarum præjudicium prolata publice revocare vellet.  
A.C. 1518.

## §. LXXXV.

*Lutheri appellatio a Papa male informato ad melius informandum.*

**H**anc Epistolam Lutherus pridie ante suam a civitate Augustana fugam perscripsit, nimirum die decima sexta Octobris; eodem tamen tempore præfente Notario literas affixit, in quibus a Papa male edocto, necnon a potestate Legato demandata, & a sua citatione, atque a judicii actis hucusque contra se instructis vel instruendis ad Papam melius edocendum provocavit (\*). Hanc ob rem securitatis literas postulavit, obtestatus, se suo tempore ac loco appellationi suæ firmiter inhæsurum. Ceterum Lutherus in provocationis suæ instrumento hæc declarabat, ego Romam a Papa vocatus venire, ac comparere adversa corporis valetudine, & paupertate, ob quam tanti itineris sumptus sustinere haud possem, præpeditus fui; aliunde vero meæ securitati haud satis cautum

---

(\*) *Nempe hoc cunctis Schismaticis, atque Hæreticis solemne est judicem legitimum, ejusque judicium declinandi medium, non sine irreparabili totius Ecclesie damno.*

tum arbitrabar; hinc cum caussa mea ad **Sæcul. XVI.**  
 Cajetanum Cardinalem fuisset remissa, **A.C. 1518.**  
 hunc adii, Virum licet mihi merito sus-  
 spectum, eoquod Ordinis Prædicatorum,  
 & D. Thomæ doctrinæ, quam tamen  
 ego non sequor, addictus esset, a quo  
 quidem Legato instanter ad errorum re-  
 vocationem fui sollicitatus, respondi ta-  
 men, quod mea scripta ac dicta Eccle-  
 siæ ac Scholarum iudicio subjicerem; ast  
 insuperhabita ratione plenæ submissionis  
 erga Papæ decisiones, spreteque pollici-  
 tatione, qua doctrinæ meæ puritatem  
 ex sacris paginis, S. Patribus & Conci-  
 liis demonstrare promisi, nihilominus in-  
 tentata anathematis, & Ecclesiasticarum  
 censurarum poena, ad appellandi neces-  
 sitatem compellor. Idem quoque repetiit  
 in altera Epistola ad Legatum data, in  
 qua fugæ suæ rationem exponens, rogat,  
 ut provocationem ad Papam melius in-  
 struendum æquo animo ferret, ego ta-  
 men, addebat Lutherus, censuras, quas  
 promeritus non sum, haud pertimesco.

## §. LXXXVI.

*Epistola Legati Cardinalis ad Electo-  
rem Saxonicæ.*

Luthero nil respondit Legatus, magis  
 expedire ratus, si Electori Saxonicæ  
 perscriberet, cui etiam die vigesima quin-  
 ta